

Instructio data Fabiano Cerna auli:
 co regio, à Sigismundo primo rege Po:
 lonie, ad nuptias Georgii ducis Legni:
 censis misso.

126

Principio illustrissimum Dominum ducem sa:
 cra maiestatis nomine, quam potent officio:
 vissimè salutabit, faustaque et felicia auz:
 eta precabitur.

Deinde excusabit maiestatem regiam, quod
 gravissimis publicis regni negotiis prepedi:
 ta, non potent id, quod cupiebat, voluntati
 illustrissimi domini ducis satisfacere, ut ipsa
 presentia sua, filii eius nuptias cohonestar:
 ret. Nihilominus ut nã desiderio illius der:
 fuisse prorsus videretur, missum esse se,
 qui loco illius nuptiis interesset, precarique
 maiestatem regiam atque ea animo optare,
 ut matrimonium istud Deus fortunet, quo
 possit illustritas eius, et natos natorum,
 et qui nascentur ab illis, incolumis videre,
 atque ea nova ista affinitate, solidum, idque
 diuturnum gaudium voluptatemque percipere.

Postremo sponsis, nomine maiestatis re:
 gie gratulabitur, et felicissima queque preca:
 bitur, muneraque offeret, que quantum pote:
 rit verbis ornabit.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]